

IVSTI LIPSI
DE
AMPHITHEATRO
LIBER.

*De la historia delos Cl. regios del conuento de S. Cay. anexo
de Alcala. In quo forma ipsa Loci expressa,
Salam.^{co} & ratio spectandi.*

Cum æneis figuris.



ANTVERPIÆ,
Apud Christophorum Plantinum,
clō. lb. LXXXIX.



NOBILISSIMIS³
AMPLISSIMISQ. VIRIS

IANO DOVSÆ,

PAVLO BVSIO,

ABRAHAMO AB ALMONDE,

ACADEMIÆ CVRATORIBVS,

L. LIPSIVS *dedico.*




PVS hoc meum, siue
opellam potius, de
Amphitheatro, vobis,
Viri Amplissimi, in-
scripti: vt in parte ali-
quâ exsoluerem & la-
xarem vinclum istud beneficiorum,
quo artè me ligastis. Debere enim lar-
giter me vobis fateor. siue meo nomi-
ne: quòd hospitem & pænè ignotum
excepistis, fouistis, ornastis. siue magis
publico: quòd vitam ac spiritum reddi-
distis optimarum artium studiis, quæ
profugæ inter infana hæc arma, apud

AMPHITHEATRUM

TITI

CAP. I



I V S T I L I P S I
D E A M P H I T H E A T R O
L I B R I

C A P V T I.

*Dialogi occasio. Florentij laus. Urbs diruta,
non diruta: et splendida eius ruina.*



Q V M Romæ adolescens admodum
agerem, lustrandæ & noscendæ in-
primis antiquitatis: familiaritas mi-
hi fuit sanè utilis cū Nicolao Floren-
tio populari nostro: viro à quo elo-
gium Veritas numquam spernet veræ modestiæ &
doctrinæ. Sed illa, in eo statim & ad spectu ipso elu-
cebat: hæc secreta magis & recondita, nec eruenda
nisi in consuetudine aliquâ & usu. Vt gemmarum
lapidumq; arcana vires, non nisi attritu & experien-
do apparent: sic in plerisque vera eruditio, quæ inte-
riori animo insita foras non spectat aut pendet. Ahe-
nus enim verò hic noster ab omni ambitione sue ty-
pho, Batauâ quâdâm simplicitate agebar: quique
scire ipse, quam sciri, nosse multa, quâ à multis nosci
præoptabat. Sed cum primis illi studium & scientia
locorum monumentorumq; veterum: quæ curioso
iam aliquot annos lustrabat, indagabat: acri quodam
& directo iudicio, noua cum priscis, priscæ cum illis
componens. Haud temerè illum fugiebat, quid non
dicam in quaque parte Urbis, sed Italiæ, eximium

B

fuisse,


Nic. Floren-
tij laus.

Doctrina
vera, non ia-
stabunda.

AMPHITHEATRI INTERIOR FACILES QVALEM

EAM FVISSE CVM OMNIBVS MEMBRIS SVSPICAMVR.

CAP. XIII.



1. *Ara*, quæ sacra Ioui Latiani. de qua dixi, cap. xiii.
2. *Portia*, per quas immisit in Arenam bestie. Eas clausas ianuis fuisse credimus: non solum ad belluas, ne egressus patèret iam solutis, sed etiam ad aquas coercendas, cum iis Amphitheatrum impletum. et si ianux tunc fortasse magis compacte addi pro tempore potuero. Vide super his portis cap. viii. & ix.


3. *Podium*, cum suis columellis: & in medio Suggestus Imperatoris. Dixi cap. x.
4. *Præcinctus* siue Diazoma. id est, gradus altior & latior: cuius generis tres fuisse in Theatris Virgilio docet. Sed in eo numero videtur etiam prima præcinctio collocanda, quæ ad ipsum Podium. Itaque sculptor noster vna amplius expressit. Ambigo etiam, an non alia præcinctio

nes ornate columellis suis fuerint, vti podium ipsum.
5. *Fornix*, siue aditus, id est portæ quædam quadratæ in ipsis gradibus, per quas in sedilia discurrerent. Ad eas, minuti illi gradus scalares, ut per eos quisque ad destinata subscella sua iret. Spatium medium inter Scalares binos, Cuneum vocamus: quia quadantenus ea for-

ma est, ut in acie instruendâ Cuneum item vocant.

6. *Foramina*, ad transmittendos malos, quæ pauca hic expressa, sed tamen ibant in orbem: & externè à muris quibusdam mali sustinebantur. Cetera opinor satis clara esse ex descriptione nostrâ, quæ capite xiii.

AMPHITHEATRO VERONENSE.



IUSTI LIPSI
DE
AMPHITHEATRIS
QVÆ
EXTRA ROMAM,
LIBELLVS.

In quo Forma eorum aliquot & typi.



LVGD. BATAVORVM,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Franciscum Raphelengium.
clō. Id. LXXXIX.

IVSTVS LIPSIVS

ABRAHAMO ORTELIO

SVO S. D.

NA E tu beneficā quādam naturā es, mi Orteli: qui rem omnem tuam librariam, tam promptē non offers mihi solū, sed adfers. Vix iniecerā de libellis aliquot: tu mihi promiss largiter ex vbere tua penu, et ambabus, quod Græci dicunt, manibus donas. Amo iure, vt antea virtutem modestiamque tuam, sic prolixum hunc amorem. nec diffiteor vsui mihi apparatus istum fuisse, ad meam hanc Arenam. Illa præsertim Serlij. quæ etsi ad Architecturam externam imprimis spectant (quam anxie hinc non quæsiui:) tamen insuere iis, quæ in formā facieque ipsā loci, gressus meos vacillantes direxerint aut firmarint. Imagines enim aliquot talium monumentorum cum iudicio & fide representat: quorum adspectus viam nobis in parte sternit, ad intellectum veterum morum. Et quamquam ipsi corā ea olim vidimus, & per biennium ferē solum pressimus Dominae urbis: tamen, vt adolescentia nostra tunc fuit, nec abdita illa & à fronte remota rerū penetrauimus, nec cum accuratōne excerpimus, quidquid ad meliorem vsum. Scilicet erravi eundem errorem, quem plerique hodie mihi compares: et pueritiā adolescentiamq. peregrinationibus dedi, quæ iudicium et dilectum profecto querunt. id est, virum. Quot mihi in animo et oculis ex istis, qui varias terras et maria circūlati sunt? adeo cum nullo suo fructu, vt plerique vitia tantum

L 2

imbiberint,

DE AMPHITHEATRIS

QVÆ EXTRA

ROMAM LIBELLI,

CAPVT PRIMVM.

*Amphitheatra crebra admodum in prouinciis fuisse:
eorumque aliquot recensio.*



SI ædificij aut publici operis vllum genus crebrum in Italiâ & prouinciis fuit: reperies hoc fuisse, quod ad ludos. Vt enim Romani victis gentibus linguam & mores intulere: sic vitia. hæc præsertim, quæ blandiebantur, & admissione sibi postulabant specie quadam amœnæ voluptatis. Itaque Theatra, Circi, Stadia exstructa passim: sed imprimis Amphitheatra, quia omnis plebs dedita maximè in spectaculis illis crudis & cruentis. Historiæ passim docent, & Christiana item Martyrologia; in quibus toties mentio puri illius factique sanguinis in ferinâ hac sede effusi. Quod si tamen non ingerant libri: certè oculi. cum etiam nunc ruinæ & reliquæ ubique occurrant infeliciū locorum. Et de aliis prouinciis dubitemus? Ecce Iudæa illa ipsa conscia dei veri, dei magni, in hanc culpam venisse reperietur: quamquam sine suâ pænè culpâ. Herodes enim, magnificus sanè & cetera illustis rex, non vno loco Iudææ Amphitheatra inædificauit: siue ipse pronus in eos ludos, siue studio quodam hac quoque parte placendi Romanis. Ex-

Amphitheatra passim in prouinciis.

Plebs addita sæuis ludis plerumque. Martyres obiecti bestiis.

In ipsa Iudæa, Amphitheatra: Herode struxit.

LES ARENES A DOVE EN POICTOU.

LAVINUS F. AN. 1484

MERIDIES

ORIENS

OCCLIDENT

SEP T E N T R I O